



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CVIII. Markgraf Otto schenkt dem Kloster Arndsee eine Hebung in
Neulingen, am 28. August 1368.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

CVIII. Markgraf Otto schenkt dem Kloster Arendsee eine Hebung in Neulingen,
am 28. August 1368.

Nos Otto, dei gracia Brandenburgensis Marchio, Sacri Romani Imperii Archica-
merarius, Comes Palantinus Reni Et Bauarie dux, Recongnoscimus publice per presentes, quod, pre-
habito fidelium nostrorum maturo consilio, Ob laudem et honorem omnipotentis dei genitricisque
sue gloriosissime virginis Marie, et nostre, predecessorum atque successorum nostrorum marchionum
Brandenburgensium animarum salutare remedium, necnon ob diuini cultus augmentum, ac
eciam ad instanciam Strenui viri Bernardi de Schulenborch, Coquine nostre magistri,
fidelis dilecti, dedimus atque donauimus, damus et per presentes solempni donacione donamus Reli-
giosis et deuotis Priorisse Totique Conuentui Sanctimonialium Monasterii in Arneffe Ordinis sancti
Benedicti verdenfis dyocesis Et monasterio Supradicto proprietatem bonorum infracriptorum, Vide-
licet in villa Neylinghe de mansis et Curia Sculten vnam marcem argenti Brandenburgensis
pro vno equo pheadali, Et quatuordecim Choros filiginis reddituum annuorum in eadem villa cum
Iudicio Infimo et supremo, Cum omnibus Juribus, commodis, honoribus, consuetudinibus et perti-
nenciis quibuscunque, quocunque eciam nomine nuncupentur, Sicut Strenui viri Vicko, Daniel,
Conradus et nycolaus, dicti de Getz hactenus habuerunt et possederunt in pheadum, Ex nunc
in antea Iusto proprietatis tytulo Ad vsum et vtilitatem Sanctimonialium et monasterii predictorum
pacifice et quiete perpetue pertinendos, Subsidii et seruiciis pro communi terrarum nostrarum de-
fensione Atque custodia necessariis seu eciam oportunis duntaxat exceptis et in predicta villa nobis,
heredibus et successoribus nostris specialiter reseruatis, Renunciantes pro nobis, heredibus et succes-
soribus nostris Alias in predictis bonis et redditibus omni Juri, actioni et Impeticioni, quod vel que
nobis competere poterit seu competere poterit aequaliter in futurum. In Cuius Rei testimonium
Sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus Reuerendis in Cristo patribus Petro et
Theoderico lubucensis et Brandenburgensis Ecclesiarum Episcopis, Alberto Comite
de lindowe, Et Strenuis viris Johanne de Rochowe milite, Guntzliuo de Bertinflie-
uen, Nycolao de Byfmarke, Gheuehardo de Aluenfleuen, Et ottone mörner, Cum
ceteris pluribus fidedignis. Datum Berlin, Anno domini M^o. CCC^o. Sexagesimo octauo, feria
secunda ante omnium sanctorum.

CIX. Propst Ludger bekundet die Stiftung der Gedächtnißfeier Arnd's von Rossow bei
dem Kloster Arendsee, am 13. Dezember 1368.

Ik her Ludegher vamme campe bekenne openbar vnder der Prouestye Ingheseghel
to der arneffe vnde vnder mynem jngheseghele, dat ick hebbe ghegheuen den vruwen to der
arneffe bynnen yn dat kloster de bede imme dorpe to cowelisse, dy ik suluen hebbe ghecoft,
de scholen sy hebben to hulpe erer cleder vnde erer schue alle jar twiges vp to borende to sunte